

2309

A S C E T I C I.

2310

nem vulgatam a C. I. v. 27.
Timor domini expellit peccatum
&c. et abrumpuntur C. VII. v.
16. *Non oderis laboriosa opera*
&c.

In segmento Membranae Co-
dici praefixo legitur: *Metrum*
Guontarii. In si: Vnicum, quod
quale fuerit, cum *Codici* ulti-
ma interciderint, dicere non ha-
beo.

DCXIII.

Codex membraneus lat. Sec. 781
XIV. Folior. 164. 8. non una
manu perscriptus, rubricisque
enotatus pertinuit olim ad *Mo-*
nasterium Campense Colon. Dyoc.
Familiae Cisterc. a Friderico I.
Archiep. a. 1122. conditum, et
Farraginem Poeticam complecti-
tur, quae sic habet: I. Incipit La-
borintus Magistrorum. Prologus.

Pyereus me traxit amor, iussitque camena
Scribere materiam. me dedit illa mihi &c.

Fortasse: *quam dedit*; est enim
Materia elegiaci hujus Poematis
Ars rhythmica, seu Versus pan-
gendi. An illam ipsemet Autor
Labyrinthum inscripserit, nescio;
suspicio potius, sequiores Ma-
gistellos, ut in Etymis acutum
cernebant, per *ro Laborintus* in-

nuere voluisse, *Laborem intus* ef-
se. Est vero Autor *Eberhardus*
seu *Everardus Artesius* a loco
natali *Bethuniensis* dictus, item
Græcista ab alio notiore Poema-
te, quod *Graecismum* inscripse-
rat. Nomen suum ad calcem *La-*
borinti ita enunciat:

Lector condoleas. euerardi carminis vllam
Si cariem uideas &c.

Vixit Sec. XII. ineunte. *Labyrin-*
thum ἀνεκδοτον ratus Polyc. *Ley-*
serus Historiae suae *Poet. med.*
aevi ad p. 796. inseruit. At is
lucem jam viderat *Lovanii* apud
Rutger. Rescium 1534. cum *Pe-*
tri Gherincis Busconi Metrario-
lo. Partem illam, qua *Eberhardus*
Poetas recenset, e *Leysero*
Fabricius Bibl. med. Lat. L. V.
p. 73. inseruit. Itaque, quod ad-
dam, non habeo, nisi *Codici* no-

stro, qui absque divisione decur-
rit, deesse Versus, qui *Leysero*
Tract. 3. numerantur 217 — 228.
non vero deesse multiplicem Lec-
tionis varietatem.

II. fol. 27. Poemation *Ele-*
giacum rhythmicum, cuius titu-
lum e calce transcribo: *Excla-*
mationes super muris troyanis Edi-
te per Primatem egregium vers-
ficatorem. Initium:

Pergama flere uolo fato danays data solo &c.

Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

A a a a

Dixi

2311

C O D I C E S

2312

Dixi ad Cod. CCCXLV. n. 4. *sticho* 43. At in praesenti ita
Poemation istud abrumpi ibi *Di-* continuatur:

*Causa rei talis meretrix fuit exitialis.
Femina fatalis femina digna malis.*

et finitur *Disticho* 107.

*Sic ex enea crescunt romana trophea.
Sic gens romulea surgit ab bectorea.*

Imperfectum tamen est unum al-
terumve *Distichon*. De Autore
opinatus sum Cod. cit. Hic *Pri-*
matem dici potius a facilitate pu-

tem, qua illi subpetunt *Ὀμοτε-*
λευτα.

III. fol. 31. Rhythmi mora-
les:

*In mundo degentium
Multi sunt errores.*

*Multiplex afflictio
Et corrupti mores. &c.*

Folio huic inscriptum: *Liber fra-*
tris Gumperti de Goch Monachi
ord. cist. et p. 2. habetur: De fu-

giendo cetum feminarum Rigmus
et fallacijs earum.

*Fuge cetum feminarum
Namque status omnis harum
Praua dant stipendia.*

*Si sit virgo quam tu gliscis
Dampna rerum concupiscis
Cordis et incendia &c.*

IV. fol. 32. p. 2. *Oratio deuota metrica de beata uirgine.*

*Hec superos ciues proprio precellit honore
Virgo que proprium pariendi lege pudorem
Non perdens &c.*

V. fol. 33. Aliud de Eadem Carmen:

*O quam pulchra polo reside re maria probaris
Que tam pulchra solo manibus depicta pararis &c.*

VI. fol. 34. Incipit autor
Theodolus. Distinguendus a *Theo-*
dulo five *Theodoro Coelesyriae*
Presbytero, et ad Seculum X.
promovendus, ut vel *Verfus* ejus

Leonini probant, quibus V. T.
Miracula cum veterum Poeta-
rum Commentis comparantur.
Vide *Honor. Augustod. L. III. c.*
13. *Anonym. Mellic. c. 36. Si-*
geb.

2313

A S C E T I C I

2314

geb. Gemblac. c. 134. et *Tri-*
them. c. 185. qui tamen Nostrum
cum *Theodoro* confundit. Plura
de eo *Lyserus de Poet. med. ae-*
vi p. 293. et *Fabricii Bibl. med.*
lat. L. XIX. p. 232. ubi et Edi-

tiones Poematis five *Eclogae* no-
strae Sec. XV. referuntur, non
tamen *Lipsiensis* 1489. per *Conr.*
Kacheloven 4. et per eund. 1499.
4. quas Palatina nostra condit.
Initium:

Aethyopum terras iam feruida torruit estas.
In cancro folis dum voluitur aureus axis &c.

Ad calcem legitur: *Scriptus to-*
tus per manus fratris Johannis
Zuoetning. ord. Cistercien.

VII. fol. 41. Rhythmi varii

Legitur miraculis
Quod quondam habebat

Fronti praescriptum: *Dictavit*
hoc magister petrus rector in ley-
den. Dictamen dignum Viro ob-

Maximum miraculum
Christi predicatur

3. De Pastorum officio:

Ille pastor optimus
Merito censetur

4. Sententiae variae morales
rhythmis quidem inclusae ita ta-
men, ut versus quartus cujusvis

Ex dictis oracij possent ampliora
Paradoxa colligi si daretur hora
Sed quia fastidii mihi extat mora
Ergo legas grana, que noueris utiliora.

5. Aliae ad eundem modum congeetae:

O vos quos antiquus hostis fallit nec errorem nostis
Inualidi in lite.

A a a a 2

Quid

breviores. 1. de Monacho, qui
cantum *Aviculae* festatus non ni-
si post 300. annos ad suum Coe-
nobium rediit.

Frater habitaculis
Claustralibus qui fertur &c.

scuro. 2. *De Resuscitatione La-*
zari.

Lazari surrectio
Sed quando notatur &c.

Qui pro suis ovibus
Mori non veretur &c.

Strophae fit depromptus ex *Ho-*
ratio hexameter. Initium: *Pro-*
theus huic sapias &c. Conclusio:

2315

CODICES

2316

*Quid peccatis adberetis et a uobis remouetis
Aeterne regem uite.*

Ad mea decepti iuuenes precepta venite. Ouid. &c.

VIII. fol. 45. Opusculum de
Conflictu Virtutum et Vitiiorum.
Augustino et Ambrosio olim va-
rie tributum, hic ἀδελφοποιον, sed
Ambr. Autperti. Vide Indicem.

Incipit: *Apostolica vox clamat per
orbem &c.*

IX. fol. 49. praemissis quibus-
dam lusibus poeticis leuiusculis,
ut v. g. Combibonum:

*Hospita sit sospes, non hospita sospes, vt hospes.
Hospita sit sospes, non hospes, vt hospita, sospes.
Hospes sit sospes, sit et hospita sospes, vt hospes.*

Incipiunt versus marci poete. Et ita quidem:

*Ceca prophanatas coleret dum turba figuras
Et manibus factos crederet esse deos. &c.*

Fuit Marcus hic D. Benediſti di-
scipulus, monachusque Cassinen-
sis teste Petro Diac. de Viris il-
lustr. Cassin. c. 3. hancque ejus
Elegiam de destructis a Bene-
dicto Idolorum Fanis post alios
repraesentavit J. Mabillonius in
Actis SS. Ord. Bened. Sec. I. p.
28. et Lud. Muratorius Thes.
Ital. T. IV. p. 605. et multo

quidem correctius, quam in no-
stro hoc Codice legatur.

X. fol. 49. p. 2. Breuiatura,
ut e calce transfero, auiani. Vi-
delicet XLII. Avieni Fabulae in
ἐπιτομῆν et duplicem quidem re-
daetae, quarum prior rhythmi-
ca in hunc modum τετρασυχως:
Rustica desfenti &c.

*Vt nullus faciliter praeue mulieri
Credat, per hanc fabulam poterit haberi.
Nam sicut audiuimus lupum modo queri,
Sic potest vir quilibet simile vereri.*

Altera metrica: *Rustica desfenti &c.*

*Rustica dum iurat flenti, lupus et prope durat
Credens, quod sit ibi preda parata sibi.
Nil datur. Ecce doli speciem. Rogo, figere noli
In muliere fidem, ne patiaris idem.*

Vi-

2317

A S C E T I C I.

2318

Vides mediam quasi viam tenere haec *Τερασινχα* inter *Επιμυσθια* et *Επιτομας*. Ignota illa *Aviani* Editoribus fuisse suspicor. *Henr. Carnegietero Avianum* non *Avie-*

num scribendum contendenti no-ster etiam *Codex* subfragatur.

XI. fol. 51. p. 2. Rhythmi varii redordiuntur. 1. De insti-
tuenda Vita :

*Intendo karissime fili te docere
Deo de quo poteris mundoque placere &c.*

2. Dialogus Corporis et Animae:

*Noctis sub silentio tempore brumali
Deditus quodammodo sompno speciali &c.*

Est *Conflictus* ille, quem excita-
vi *Cod. CCCXXIX.* n. 10. et
Codd. variis aliis, ut in *Indice.*
Exempla tamen in quibusdam va-

riant, ut vel e praesenti ingressu
patet. 3. *Distamen*, ut habet ru-
brica ad calcem, *de clerici et mi-*
litis Amore. Initium :

*Quadam vice medij maij sub virore
Pislo terre gremio vario colore
Cum fugaret sydera nuncius Aurore
Liquit sompnus oculos phillidis et flore.
Placuit virginibus ire spaciatum &c.*

Confident ad rivulum, et non fi-
ne ingenio illa Militem, haec
Clericum suum celebrat, i. e.

pro aevi usu hominem literis in-
stitutum, Scribam &c. 4. De
Malis Ecclesiae. Initium:

*Christus qui flagitia seculi deleuit
Excolens noualia bonum semen seuit
Vnde post ecclesia fidelis excreuit
Vili quam zizania sathan heu repleuit. &c.*

5. De Gallo.

*Multi sunt presbiteri qui ignorant quare
Super domum domini gallus debet stare &c.*

Additur ad calcem autor *Wilb.*
nan sacerdos in leyden.

XII. fol. 59. p. 2. *Cantilene.*
Ita inscribuntur Hymni pii in Pu-

rificationem B. V. de Vanitate
Mundi, Corruptione Ecclesiae,
Natali Domini, Die Iudicii, Mo-
dus Confitendi prolixus, aliique
minoris

2319

C O D I C E S

2320

minoris momenti, quorum ultimus subnotatur: *Dictatum cuiusdam monachi clarovall. Ad monachos de contemptu seculi, et finit:*

*Si vis esse cenobita,
Huius vite vitam vita
Ut sis re et nomine &c.*

XIII. fol. 80. *Incipit Catho- diei Dionysii Catonis, de quibus
Rigmicus (rhythmicus) Profay- alibi diximus, ut ex Indice con-
ce. Disticha nempe Moralia fic- stat.*

*Cum animaduerterem plurimos errare
Et in via grauter morum deuiare &c.*

Nihil de hac *Rigmizatione Fa- XIV. fol. 86. p. 2. Speculum
bricius Bibl. lat. L. IV. C. 1. mundi. Querelae de Hominum
§. 8. Corruptione.*

*Viri fratres serui dei non uos turbent verba mei
Sed audite propter deum stebilem sermonem meum &c.*

XV. fol. 88. *Quaedam Rigmi- numero XXIII. De eodem Festo
ca ecclesiastica de festis sancto- potissimum bini.
rum. Hymni, qui ordine tem- XVI. fol. 100. De Conductu
poris ab Assumptione B. V. pro- in Itinere Ierosolimitano. Animat
cedunt usque ad Pentecosten, Autor ad Loca sacra recuperanda.*

*Christiani nominis corrui in signe
Spurci pompa germinis et gentis indigne
Regnat in Iherusalem. Quis ferro uel igne
Deleat propaginem sobolis maligne &c.*

Et deinceps:

*Surgat inuincibilis pastor romanorum
Accingatur nobilis probitas francorum
Producatur agilis populus anglorum
Nec non et horribilis turba bobemorum.*

Mentio etiam veniae peccatorum fit a summo Pontifice in hunc finem promulgatae.

XVII. fol. 101. Rhythmus pius de Christo patiente sub schemate Philomelae:

Phi-

2321

A S C E T I C I

2322

*Philomena preuia temporis ameni
Que recessum nuncians ymbris atque ceni &c.*

Est *Job. Peckami* s. *Peckhami* O. M. Archiep. *Cantuar.* cujus fortasse plura sunt in hoc *Cod.* contenta. Vide *Tanneri Bibl. Brit. Hib.* p. 586. Sunt et, qui *Bo-*

naventurae, et, qui *Job. Hovedeno* tribuant.

XVIII. fol. 104. *Biblia Rigmica*, et e calce, dictata a fratre *Theobaldo Creten. Ordinis predicatorum.* Initium:

*Uerbum a principio procedens eterno
Quod cuncta consilio creasti superno &c.*

Adi *Cod. CXXXV.* ubi isthaec *Επιτομή* sub *Thomae Aquin.* nomine comparuit. Ordinis *Bibliothecarii* de illa a *Nostri* certiores facti, et *Theobaldum* hunc ignorantes *Retensem Germanum* credere maluerunt pro *Creteni.* Vide *T.* illorum II. p. 821.

XIX. fol. 118. et inde ad *Codicis* finem *Rhythmi sacri* varii, quorum potiores indicabo: 1. *Prooemium* illud *Speculi Salvationis humanae*, quod dedi *Cod. DLXXXI.* n. 4.

*Qui ad iusticiam erudiunt multos fulgebunt
Quasi stelle in perpetuas eternitates et lucebunt &c.*

Prooemium alterum abest, et *Speculi* ipsius non nisi primi duo *Rhythmi* comparent. 2. *Meditationes salutares secundum diversos effectus corporis christi*, quas

ordinasse dicitur *Reuerendus Magister dominus Johannes de Siche* Archiep. *Cantuarien. O. M.* Et primo secundum rationem sacrificij:

*Ave vivens hostia veritas et vita
In qua sacrificia cuncta sunt finita &c.*

Sunt *Τερασμια XV.* Scribendum erat *Johannes de Peckham*, inter cujus Scripta etiam hi *Rhythmi* censentur in *Tanneri Bibl. Brit. Hib.* p. 585. Obiit doctus hic Praeful a. 1292. 3. Inter *Orationes* varias legitur haec *Ad sanctum Julianum pro bono Hospicio. Deus qui das iumentis escam*

ipsorum et pullis coruorum inuocantibus te, concede propicius ut per intercessionem sancti Juliani martiris tui, quem hospitalitatis gratia sublimasti, huius diei ac noctis necessaria, et vite eterne suffragia subministres. Per christum &c. Alia item *Contra febres* sub invocatione *Sigismundi regis*
et

2323

C O D I C E S

2324

et mart. *Julianum* illum Sec. IV. martyrem *Antinopolitanum* in *Aegypto* habeo, de quo *Bailletus* in *Vit. SS.* ad 9. Jan. 4. Oratio nota: *Salve Regina* rhythmicè *κατα λέξιν* expofita. Item

VII. B. V. *Gaudia* rhythmis, qui editi dicuntur *Anno domini M. CCC. XVI. a quodam cardinale. 5. Aureum Pfalterium beate virginis*, quod inchoat:

*Te nunc in memoriam reuocem faluator.
Affit benigniffimus mihi confolator &c.*

aliique multi *Hymni* de Fidei Myfteriis, et Feftris SS. ut adeo *Codex* hic *Codici CXXXV.* geminus non contemnendum *Historiae Poematum Leyferianae* Supplementum videri poffit, variaque praebet ad temporis fui res obfervatu digna. In ejus principio haec manus posterioris nota jacet: *Anno M. CCCC. XXX. VII. obiit adolphus dux montensis cui fuffecit domicellus de rauensb.* (Wilhelmus filius tertioq. electus Paderborn. et Colon. Ep. fed abdicator.) *Item XXXVIII. obiit Sigismundus romanorum rex imperator ungarie et bohemie rex. XIX die mensis marcij aelbertus dux austriae electus est in regem romanorum et eodem anno 2a feria post festum pasche electus est* — — . Reliqua extrita. Sed in fumma fol. ora legitur: *Jeroboyfat clemens dum fcribitur 1378.* Partes igitur *Urbani VI.* tuebatur Scriptor contra *Robertum Gebennens.* dictum *Clementem VII.* quem *Jeroboamo* confert.

DCXIV.

356 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 18. f. per duas co-

lumnas exaratus, olimque, ut ad calcem notatur, *Monachorum S. Marie in himmerode* (Hemmenrode, Himmelrode) *ordinis Cisterciens. Treuirens. dioc.* complectitur: I. *Bernardi Monachi Cluniacensis*, quem quidam, ut videre est in *Tanneri Bibl. Brit. Anglum* volunt: alii *Morlanensem, Morlacensem*, aut *Morvalensem a Morlaco, Morlas* vel *Valle Morienne* in *Gallia* adpellant, Scriptoris Sec. XII. *Libros III. de Contemptu Mundi* miro artificio versibus hexametris dactylicoleoninis fluidissime compositos, qui prorsus alii sunt ab elegiaco *Carminē de Contemptu Mundi*, quod *Gabr. Gerberonius* inter *Anselmi Opera Paris. 1721. f. p. 195.* vulgavit, quamvis et istud *Oudinus T. II. col. 1276.* non aegre *Bernardo* nostro tribuat, qua in re nescio, an multorum suffragia tulerit. *Gerberonius* certe nihil adferit in *Censura praeuia*, nisi in *Mf. Bibl. Aldenburg. Carmen de Contemptu Mundi* tribui *Bernardo Cluniacensi*, quod utique de III. *Libris* nostris intelligi potest. Naeti sunt hi, cum multo saepe corruptos etiam Cleri mores perfricent,
Edito-